Sequitur tercia vituperatio senectutis. quod eam carere dicunt voluptatibus.
O preclarum munus etatis si quidem id aufertur a nobis quod in adolescentia
viciosissimum est. Accipite enim adolescentes optimi veterem orationem
Archite tarentini. magni in primis et preclari viri. que michi tradita est. cum
essem adolescens tarenti cum Q. Maximo Nullam capitaliorem pestem
quam voluptatem corporis homines esse dicebant a natura datam. cuius commocione
avide libidines temere et effrenate ad potiendum incitarentur. Hinc patrie
prodiciones. Hinc rerum publicarum eversiones. Hinc cum hostibus clandestina
colloquia nasci dicebant. nullum denique scelus nullum malum facinus esse ad
quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret. Hec Tullius Cato de
senectute.

est Tullius potest
Quanti extimanda virtus que nec eripi nec surripi neque naufragio
neque incendio amittitur. nec tempestatis nec temporum perturbacione
mutatur Tullius

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_933/0016
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG